



Kern 86
(1-54; a-g)

14

CONSPECTVS LABORVM

QVIBVS
PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE AESTIVVM

ANNI c15 1000XXXXVIII.

0000000000

PRO-RECTORE
THEOD. CHRISTOPH. VRSINO,
MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE DOCTORE HVVSQVE PRO-
FESSORE PVBLICO ORDINARIO.



P.P. die XIII. April. MDCCXLVIII.



Hale Magdeburgica, typis HENDELIANIS.

LECTIONES

Pro-Rectoris, Directoris & Cancellarii.



THEOD. CHRISTOPH. VRSINVS, per semestre æstiuum, hora II-III. *publice* præleget priorem *Cursum philosophici* partem, duce S. R. WALCHIO; *privatim* hora III-IV. B. HEINECCI *Elementa philosophiæ rationalis & moralis* interpretabitur; hora IV-V. *Logicam* seorsim trader, præeunte Cl. BAVMEISTERO.

IVSTVS HENNINGIVS BOEHMER, IC. finitis nundinis Lipsiensibus interpretabitur **BVRG. GOTTH. STRVVI** *elementa iuris feudalis*, editore D. Helfeldio, hora IX. illis quoque non defuturus, qui manuactionem ad acta referenda, legenda, & recte instruenda desiderabunt.

CHRISTIANVS L. B. DE WOLFF hor. IX. mat. *philosophiam rationalem* explicabit, veram inprimis methodum in scientiis tractandis adhibendam monstraturus. Cum autem sine praxi theoriæ vsus nullus sit, a meridie hor. III. *elementa Matheos puræ* ita interpretabitur, vt ad genuinam methodi vsum auditores præparet. Nec deerit iis, qui in aliis operam suam desideraturi sunt.

LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS Pauli *epistolam ad Philippenses* & præcipuos Dauidicos *Psalms Christum canentes* interpretabitur. Perget præterea horis paraneticis *epistolas Pauli pastorales & in asceticis eam ad Ephesios*, non neglecta exegeti, ad vsus in vita Christiana & ministerio ecclesiastico adplicare.

D. CHRIST. BENEDICT. MICHAELIS *publice* hora III. a meridie introductionem historico-criticam generalem dabit in libros noui fœderis, acturus de illorum diuinitate, lingua, stilo, ordine, variis lectionibus, versionibus antiquis, editionibus, codicibus MStis, ac familiaribus momentis: idque ad ductum tractationis illius, quam filius suus Geetingensis iam edit. *Privatim* hora IX. Acta Apostolorum & Epistolam ad Romanos ex Græcis, hora vero X. duodecim Prophetas minores ex Ebræis interpretabitur fontibus.

SIGISM. IAC. BAVMGARTEN bono cum Deo theologiam *dogmaticam* auspicabitur h. VIII; *moralen* vero tractabit h. XI; peculiare præterea horas disputationibus & examinibus instituendis destinabit mature significandas.

BENED. GOTTLÖB CLAVSWITZ, H. IX. perget in Collegio *Exegetico-homiletico in pericopas epistolicas*. H. III. *publice Institutiones Hermeneuticæ sacræ* trader. H. V. singulis diebus in Collegio *Thetico-examinatorio theologiam dogmaticam* docebit. H. II. vero diebus Mercurii exercitium disputatorium in articulos fidei continuabit.

IO. HENR. CALLENBERG *publice* hora II-III. diei lunæ de genuina *Methodo studii theologiæ*, ductu breuium dictandarum thesium, exponet; præterea hora III-IV. dierum lunæ, martis & iouis ex Paulinis Epistolis posteriorem ad *Corinthios*, & quas ille ad *Galatas, Colossenses, Thessalonicenses, Philemonem, Hebræosque* scripsit; item *Iohannis & Iudæ* epistolas, ac *Apocalypsin* prælectione cursoria illustrabit. Progredietur etiam in communicandis theologiæ *Antiudaicæ* obseruationibus.

IO. GEORGIUS KNAPP h. VII-VIII. matutina *historiam ecclesiasticam N. T.* incipiet. H. X-XI. vero rursus *scholas exegeticas* habebit; librum biblicum tractandum in tempore indicaturus. In tractatione *asceticæ post. epist. ad Timotheum* die Domini h. V-VI. perget.

IURIDICAE.

D. IACOBVS GABRIEL WOLF, *publice*, hora VIII. matutina, *institutiones suas iuris prudentiæ naturalis, tum priuatae, tum publicæ*, (in bibliopolio Bierwirthiano profertantes), ea, qua par est, fide atque industria, interpretabitur. *Privatim* vero, hora X. HEINECCI *elementa iuris ciuilis, secundum ordinem institutionum aduocata*; hora XI. V. C. IO. IAC. MOSERI a Filbeck, *compendium iuris publici I. R. G.* hora denique III. *elementa sua iuris feudorum, tum prouincialium, tum imperialium*, (quorum copiam dabit Orphanotropheum,) commentationibus suis, pari ratione, illustrabit. *Initium*, finitis nundinis Lipsiensibus, die XX. mensis Maii, A. S. N. facturus.

CAR. GOTTLIEB KNORRE docebit *institutiones Iustinianæ* duce HEINECCIO in *Elementis Institutionum* Hora XI. *Pandectas Ludouicianas* vero Hora X. & II. addetque diebus sabbati exercitium disputatorium Hora I. Nec iis deerit, qui Collegium *Practicum elaboratorium & relatorium* ad ductum *der gründlichen Anleitung zum gerichtlichen Process*, quae proficit in *Officina Rengeriana*, efflagitabunt.

10.

IO. SAMVEL FRIDERICVS BOEHMER per instans semestre aestiuum ea, qua decet fide ac industria docebit principia *iuris criminalis* ad ductum *compendii sui* hora VIII. deinde hora X. & II. ius ciuile secundum *compendium pandectarum Dni parentis* denique hora XI. prima elementa iuris priuati secundum ordinem *institutionum* duce B. HEINECCIO expositis sedulo cum *antiquitatibus Romanis* tum *usu moderno*.

IO. TOBIAS CARRACH *priuatim* 1) HEINECCII *Elementa Iuris Ciuilis secundum ordinem Institutionum* hora IX. & 2) LVDOVICI *Doctrinam Pandectarum* hora X. iuncta 11da pomerid. ita interpretabitur, vt expositis *Romani atque Germanici Iuris differentis* auditores ad *genuinam Iurisprudentiam practicam* ducat 3) STRV. VII. *Iurisprudentiam Feudalem* hora III. explicabit non solum feudorum *Landassico- rum* sed etiam feudorum Imperii rationem habiturus. 4) Collegium *Processuale elaboratorium* tam *Ciuile*, quam 5) *Criminale* conceder Dnis auditoribus hora de qua cum iis conueniet. 6) *Publicas* Disputationes Sabbathinas absoluet.

DANIEL NETTELBLADT *priuatim* docebit Hora VIII-IX. Ius Feudale, præcunte V. C. WOLFIO in *Elementis iuris feudorum*; Hora IX-X. Ius Naturæ, & Hora X-XI. & II-III. Vniuersum Ius positiuum ad ductum *systematum elementarium*; Hora XI-XII. Ius publicum duce SCHMAVSSIO. *Publice* vero diebus Saturni Hora I-II. sua *Præcognita* vniuersæ eruditionis commentationibus illustrabit.

M E D I C A E.

MICHAEL ALBERTI Finito Collegio *Publico* de Morbis Virginum, nunc consueta constantia *Pathologico-Practica* tractatione de *affectibus Grauidarum* publica doctrina differet. *Priuat*o labore a X. ad XI. in dies Collegium *Practicum Speciale*, dein a II. ad III. p. m. *Commentationem* in *Materiam Medicam* vsui proximiori *Practico* ac commodatam b. c. D. d. 20. Maii inchoabit.

IO. IVNCKER *publicis* lectionibus docebit, qua methodo formulæ medicæ sint præscribendæ. *Priuatim* hora decima theoriam medicam, nempe *Physiologiam & Pathologiam* exponet; hora autem vndecima *therapiam specialem* ad finem perducet. *Priuatissimis* horis collegium clinicum consueto more continuabit.

ANDREAS ELIAS BÛCHNER, *publice*, absolutis demum *physiologicis* fundamentis, theoriam *morborum* cognitionem, iuxta ductum *Aphorismorum* celebr. BOERHAAVII, diebus & horis consuetis debita trader perspicuitate. *Priuat*o studio hora VII. matutina fundamenta *Physiologiae & Dieteticæ*, hora VIII. *generalem Pathologiam* & hora IX. *Therapiam generalem* explanabit; hora vero XI. *facultates simplicium*, ex tribus Naturæ regnis desumptorum, exponet, & absolutis paucis iis, quæ circa *Semiologiam* adhuc restant, hora I. ad II. *methodum præscribendi formulas*, iuxta *Compendium Schulzianum*, demonstrabit.

FRIDERICH HOFFMANN *Publice* *physiologiam* præleget. *Priuatim* vero collegium in *materiam medicam, & chymicum theoretico-practicum* inchoabit, horasque hæc collegiis destinatas suo tempore e ualuis *publicis* indicabit. *Initium* harum lectionum erit finitis instantibus nundinis Lipsiensibus.

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER diebus mercurii & saturni hora IX. *publice* commentabitur in *Dispensatorium Regum Boruffo-Brandenburgicum*. *Reliquis* autem diebus *priuatatum operarum* aliam hora VIII. in tradendis *elementis physiologicis* ad ductum *Compend. B. SCHVLZII*, aliam hora II. in exponendis *adfectibus mulierum*, fundamentisque *artis obstetricariæ* theoretico-practici, præcunte RICHARDO MANNINGHAM, aliam hora XI. in explicandis *ossibus*, additis *muscularum*, quos præparatis illustrabit, *insertionibus*, aliamque denique, si qui commoda desiderauerint hora, duce B. TEICHMEYERO in *medicina legali vel forensi* collocabit.

PHILOSOPHICAE.

D. CHRIST. BENEDICT. MICHAELIS præter lectiones supra in theologicis promissas, *Syriasmum* hora, quam Auditoribus commodam fore intelliget, docebit ad ductum suæ *Grammaticæ Syriacæ*, cum adplicatione ad libros aliquot versionis *Syriacæ N. T.* cuius exemplaria pro modico pretio cupientibus procurabit.

MICHAEL ALBERTI absoluta doctrina de *Salibus fossilibus*, iam *publico* labore Collegium *Physicum* in Positiones suas aperiet & solita industria continuabit; exordium d. 29. Maii v. d. capiend.

IOANNES IOACHIMVS LANGE, *publice* h. VII. matutina *Mathesin puram*, h. e. *Mathesin vniuersalem, Arithmeticam, Geometriam* atque *Trigonometriam* explicabit; *priuatim* h. I. *physicam, dogmatico-experimentalem* ad ductum *Elementorum* suorum, & h. II. *Physicam subterraneam*, quam *Chequam* dicunt, ad normam *Sciographiæ* sistet.

systematis physico-chemici theoretico-practici ita docebit vt nexus dogmatum perpetuis experimentis confirmetur. Hora 1v. autem Metallurgiam in fodinis & officinis metallicis occurrentem, respectu physico,mechanico, pyrotechnico exponet. Geometriam practicam horis pomeridianis die saturni in campo exercebit cum Auditoribus domi preparatis. Præterea in eo occupabitur, vt selectos quosdam iuuenes ad *specialissimam applicationem physices & mechanicæ* in vita communi manu ducat.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER, in publicis prælectionibus *Anthropologiam* explanabit, priuatim autem nianuductionem ad Historiam naturalem, & inprimis mineralium ac perefactorum exactiorem cognitionem, tradet, horasque operis hisce destinandas, suo tempore e valuis publicis indicabit.

DANIEL STRAEHLER explicabit: 1) Logicam; 2) Metaphysicam; 3) Ethicam & Ius naturæ ethicum. Horas laboribus hisce destinatas finitis nundinis indicabit.

FRIDERICVS WIDEBVRG, qua par est, industria ac fide docebit *Iurisprudentiam Publicam S.R.I. Historiam Imperialem: Historiam Vniuersalem: Historiam Germaniæ recentiorem: in stili institutionibus* priuacissime uerfabitur: ac *Publicas* identidem lectiones propediem indicet. Initium harum lectionum facturus finitis nundinis Lipsiensibus.

IO. HENR. CALLENBERG in scholis theologicis rationem quoque *Philologiæ & Historiæ* litterariæ habebit, *Arabicæ* etiam linguæ institutione functurus.

IOANNES FRIDERICVS STIEBRITZ, Deo fortunante, per semestre aestiuum publice *æconomiæ urbanam*, nobilissimas doctrinas complectentem, diligenter exponet. Priuatim hora x-xi. *fundamenta linguæ ebraicæ*, præeunte DANZIO, vna cum accentuatione, tradet; h. xi-xii. *Philosophiam moralem*; h. ii-iii. *Logicam*; hora denique iii-iv. *Metaphysicam* auditoribus enucleabit: in singulis Per-illustris L. B. de WOLFF philosophandi rationem secuturus.

EXTRAORDINARIAE.

D. HENR. BASS publice præleget *Affectus oculorum* d. merc. & saturn. hor. x. priuatim *Operationes Chirurgicas* auspicabitur cum apparatu instrumentali pariter ac deligatorio hor. iii. Deinde Collegium Materiale Medicum tradet ad Praxin accommodatum hor. xi. Denique in Cl. BOERHAAV. Institutiones Medicinæ commentabitur hor. ii. Lectionum initium erit 20. Maii.

IO. GOTTLÖB KRÜGER 1) *physicam dogmatico-experimentalem* hor. v-vi. denuo explicabit. 2) Priuacissime prouectiores ad *intimiorum naturæ cognitionem* manu ducet, cui labori 2. horæ quotidie destinantur. 3) *Mathesin puram*, & 4) *mathesin applicatam* demonstrabit. 5) Reliquo tempore in explicanda *semiologia & pathologia* tam generali, quam speciali occupabitur.

D. HENRICVS CHRISTIANVS ALBERTI hoc semestri aestiuo, b. c. Deo. Publice diebus Lunæ & Veneris hora mat. ix-x. Botanicam præleget secundum Tournefortii plantarum methodum. Die Saturni hora viii-ix. Collegium repositorium & examinatorium plantarum, ante dictis diebus demonstratarum, inchoabit. Priuatim vero Historiam plantarum illustrabit. Initium erit d. 13. Maii a. c.

D. FRIDERICVS LEBERECHT SVPPRIAN publice, horis atque diebus hætenus consecris lectiones suas in explicandas sensuum externorum actiones vsque ad illarum positionem finem omni studio continuabit: quibus absolutis, intricas somni causas etæ uoluiturus. Priuatim autem BOERHAAVII institutiones medicas denuo præleget. Reliquum temporis consecrabit iis, qui acroasæ metaphysicas ab eo desiderabant. Horas laborumque horum initium ex tabula publica rite indicet.

CHRISTOPH. CAROL. STRVMPFF; publico muneri, qui nuper præpositus est, satisfacturus, hor. ii-iii. commentabitur ad dispensatorium Boruffo-Brandenburgicum. Priuatim hor. xi-xii. chemiam experimentalem præeunte B. SCHVLZIO; & hor. vi-vii. botanice, duce Cl. LINNÆO tradet.

D. IVSTVS ISRAEL BEYERVS, P. P. lectiones suas a valetudine aduersa interruptas, fanitate per Summi Numinis clementiam recuperata, sedulo continuabit; aliaque collegia *styli, epistolica & oratoria* denuo b. c. D. quouis tempore, pro lubitu Dnn. Auditorum redauspicabitur; simulque omnibus ac singulis *carmina, epistolas, orationes* aut alia scripta desiderantibus præsto erit: reliqua ex valuis publicis suo tempore indicaturus.

GE. FRID. MEIER interpretabitur 1) Ius Naturæ KOEHLERI hor. ix-x. 2) *Mathesin puram* Perill. L. B. de WOLFF h. iii-iv. 3) Eiusdem Logicam h. v-vi. 4) Publice h. ii-iii. dierum Mercurii & Iouis partem specialem Ethicæ philosophicæ Celeb. BAYMGARTEN, officia eruditorum & inefuditorum, sanorum & ægrotorum & quæ sunt reliqua vberius deducetur. Initium fiet d. 20. Mai.

☆☆☆☆☆☆

14

CONSPECTVS LABORVM

QVIBVS
PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE AESTIVVM

ANNI c1o 10cc xxxviii.

oCCVFAEVTVR

PRO-RECTORE
THEOD. CHRISTOPH. VRSINO,

MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE DOCTORE HVIVSQVE PRO-
FESSORE PVBLICO ORDINARIO.



P.P. die xiii. April



Halae Magdeburgicae, ty

